

MONDAY OF PASSION WEEK IN LENT

Errors? help@extraordinaryform.org

In the Collect we ask two things of God: firstly, that He would so sanctify our Lenten fast that our interior dispositions may harmonize with our bodily abstinence; and, secondly, that our penitence and contrition of heart may obtain for us the pardon of our past shortcomings.

In the Gospel, grace is compared to water, because, like water, it extinguishes the fire of the passions, refreshes the spirit, quenches the thirst of immoderate desires, and gives life and growth to the beautiful flowers of virtue.

INTROIT Psalms 55: 2

Miserere mihi, Domine, quoniam conculcavit me homo: tota die bellans tribulavit me. (Ps. 55: 3)
Conculcaverunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adversum me. Miserere mihi, Domine, quoniam conculcavit me homo: tota die bellans tribulavit me.

COLLECT

Sanctifica, quæsumus, Domine, nostra jejunia: et cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culpærum. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

For St. Cyril

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus, beato Cyrillo Pontifice intercedente: te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum ita cognoscere; ut inter oves, quæ vocem ejus audierunt, perpétuo connumerari mereamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

LESSON Jonas 3: 1-10

In diebus illis: Factum est verbum Domini ad Jonam Prophetam secundo, dicens: Surge, et vade in Niniven civitatem magnam: et prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, et abiit in Niniven juxta verbum Domini. Et Ninive erat civitas magna itinere trium dierum. Et coepit Jonas introire in civitatem itinere diei unius: et clamavit et dixit: Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur. Et crediderunt viri Ninivitæ in Deum: et prædicaverunt jejuniis, et vestiti sunt sacco a majore usque ad minorem. Et pervenit verbum ad regem Ninive: et surrexit de solio suo, et abiicit vestimentum suum a se, et indutus est sacco, et sedit in cinere. Et clamavit et dixit in Ninive ex ore regis et principum ejus, dicens: Homines et jumenta et boves et pecora non gustent quidquam: nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiantur sacco homines et jumenta, et clament ad Dominum in fortitudine, et convertatur vir a via sua mala, et ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit, si convertatur et ignoscat Deus: et revertatur a furore iræ suæ, et non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia crediderunt viri Ninivitæ in Deum: et miseratus est populo suo Dominus Deus noster.

GRADUAL Psalms 53: 4, 3

Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me.

TRACT Psalms 102: 10

Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. (Ps. 78: 8-9) Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiam tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur.*)
Adjua nos, Deus, salutaris noster: et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

GOSPEL John 7: 32-39

In illo tempore: Miserunt principes et pharisæi ministros, ut apprehenderent Jesum. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: et vado ad eum, qui me misit. Quæretis me, et non inveniatis: et ubi ego sum, vos non potestis venire. Dixérunt ergo Judæi ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? numquid in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes? Quis est hic sermo, quem dixit? Quæretis me, et non inveniatis: et ubi ego sum, vos non potestis venire? In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, et clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent, quæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

OFFERTORY Psalms 6: 5

Domine, convertere, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

SECRET

Concede nobis, Domine, Deus noster: ut hæc hostia salutaris et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tuæ propitiatio majestatis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

For St. Cyril

Réspice, Domine, immaculatam hostiam, quam tibi offerimus: et præsta; ut, meritis beati Pontificis et Confessoris tui Cyrilli, eam mundo conferas suscipere studeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

PREFACE OF THE HOLY CROSS

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: Qui salutem humani generis in ligno Crucis constituisti: ut unde mors oriebatur, inde vita surgeret: et, qui in ligno vincibat, in ligno quoque vinceretur: per Christum, Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli cælorumque Virtutes ac beata Seraphim sócia exultatione concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes:

COMMUNION Psalms 23: 10

Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

POSTCOMMUNION

Sacramenti tui, quæsumus, Domine, participatio salutis, et purificationem nobis tribuat, et medelam. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

For St. Cyril

Sacramenta Corporis et Sanguinis tui, quæ sumpsimus, Domine Jesu Christe: beati Cyrilli Pontificis precibus, mentes et corda nostra sanctificent; ut divinæ consortes naturæ effici mereamur: Qui vivit et regnat, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliate capita vestra Deo. Da, quæsumus, Domine, populo tuo salutem mentis et corporis: ut, bonis operibus inhærendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Have mercy on me, O Lord, for man tramples upon me; all the day he presses his attack against me. (Ps. 55: 3) My enemies trample upon me all the day; for they are many that fight against me. Have mercy on me, O Lord, for man tramples upon me; all the day he presses his attack against me.

O Lord, we beseech Thee, make holy our fasting, and graciously bestow upon us forgiveness for all our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant us, we beseech Thee, O almighty God, through the intercession of the blessed Bishop Cyril, so to know Thee, the only true God, and Jesus Christ, Whom Thou hast sent, that we may deserve to be numbered forever among the sheep that hear His voice. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, the word of the Lord came to Jona a second time: Set out for the great city of Ninive, and announce to it the message that I will tell you. So Jona made ready and went to Ninive, according to the Lord's bidding. Now Ninive was an enormously large city; it took three days to go through it. Jona began his journey through the city, and had gone but a single day's walk announcing, Forty days more and Ninive shall be destroyed, when the people of Ninive believed God; they proclaimed a fast and all of them, great and small, put on sackcloth. When the news reached the King of Ninive, he rose from his throne, laid aside his robe, covered himself with sackcloth, and sat in the ashes. Then he had this proclaimed throughout Ninive, by decree of the king and his nobles: Neither man nor beast, neither cattle nor sheep, shall taste anything; they shall not eat, nor shall they drink water. Man and beast shall be covered with sackcloth and call loudly to God; every man shall turn from his evil way and from violence he has in hand. Who knows, God may relent and forgive, and withhold His blazing wrath, so that we shall not perish. And God saw by their actions how they turned from their evil way; and the Lord, our God, had mercy upon His people.

O God, hear my prayer; hearken to the words of my mouth. O God, by Thy name save me, and by your might deliver me.

O Lord, repay us not according to the sins we have committed, nor according to our iniquities. (Ps. 78: 8-9) O Lord, remember not our former iniquities, let Thy mercies speedily prevent us; for we are become exceeding poor. (*Here kneel.*) Help us, O God, our Savior, and for the glory of Thy name, O Lord, deliver us: and forgive us our sins for Thy name's sake.

At that time, the rulers and Pharisees sent attendants to seize Jesus. Jesus then said, Yet a little while I am with you, and then I go to Him Who sent Me. You will seek Me and will not find Me; and where I am you cannot come. The Jews therefore said among themselves, Where is He going that we shall not find Him? Will He go to those dispersed among the Gentiles, and teach the Gentiles? What is this statement that He has made, 'You will seek Me and will not find Me, and where I am you cannot come'? Now on the last, the great day of the feast, Jesus stood and cried out, saying, If anyone thirst, let him come to Me and drink. He who believes in Me, as the Scripture says, 'From within him there shall flow rivers of living waters.' He said this, however, of the Spirit Whom they who believed in Him were to receive.

Return, O Lord, save my soul; rescue me according to Thy mercy.

Grant us, O Lord our God, that this saving sacrifice may cleanse us of our sins and gain us the favor of Thy majesty. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Look down with favor, O Lord, upon the immaculate victim which we offer to Thee, and grant that, by the merits of the blessed bishop and confessor, Cyril, we may earnestly endeavor to receive it with a pure heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: Through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, and the Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

The Lord of hosts, He is the King of glory.

May the sacrament of salvation which we have received, we beseech Thee, O Lord, cleanse and restore us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the sacrament of Thy body and blood; O Lord Jesus Christ, which we have received, by the prayers of the blessed Bishop Cyril, sanctify our minds and hearts, that we may deserve to become partakers of the divine nature: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God. O Lord, we beseech Thee, grant unto Thy people health of soul and body, that, by persevering in good works, we may be always worthy of Thy powerful protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.